

Eidem ab Honorio PP. confirmatur.

no Parisiensi Episcopo statutum est, auctoritate nostra firmamus, & firmum volumus futuris temporibus permanere. Tuæ igitur dilectioni mandamus, ut ad Religionem, & monasticum Ordinem in præfato loco statuendum diligenti vigilantia studeas; & ne prædictarum mulierum aliqua in tuâ culpâ depercat, in locis religiosis sollicita cura provideas.

Dat. die 22. Aprilis anno Domini 1129. (a). Pontificatus anno V.

Datum Laterani, IX. Kal. Maji.

INNOCENTIUS II.

PAPA CLXIV.

ANNO ÆRÆ CHRISTI COM. MCXXX.



Gregorius, natione Romanus, Monachus Cœnobii Lateranensis sanctorum Joannis Baptistæ, Joannis Evangelistæ, atque Pancratii, itemque Abbas Monasterii sanctorum Nicolai & Primitivi, Ordinis sancti Benedicti, loco, qui vocatur Gabis, prope lacum Burranum (b): mox Diaconus Cardinalis sancti Angeli, electus est in Romanum Pontificem die 15. Februarii 1130. Sabbato sequenti ordinatus est Presbyter, & in crastino, die scilicet Dominica 23. mensis ejusdem, consecratus est Pontifex. Sedit in Pontificatu ann. xiii. mens. vii.

(a) Hoc enim anno habitum est Concilium Parisiense. (b) Ita legis Baronius in Archivo Tituli sanctæ Prædixis.

dies ix. (a) imperantibus, in Oriente Johanne Comneno, in Occidente Lothario II. hinc Conrado Rege Romanorum. Obiit die 24. (b) Septembris 1143. & sepultus est in Basilica Lateranensi; post septem annos corpus ejus translatum est ad Ecclesiam sanctæ Mariæ Transtiberim Tit. Callisti. Vacavit Sedes per diem.

Schisma vigesimum sextum in Ecclesia.

Altera ab Innocentii PP. electionis die Petrus, Leonis filius, Presbyter Cardinalis S. Mariæ Transtiberim, homo peccati, qui super electum a Catholicis Catholicum, & canonicè, locum sanctum invasis armis, igne, pecunia, non vitæ vel virtutum merito: (c) & Anacti Secundi nomen accepit. Consecratus est apud S. Petrum, quo die Innocentius PP. apud S. Mariam Novam consecratur. In Concilio Stampensi a Gallis rejectus, & in Remensi, ac Pisano excommunicatus, tandem post septimum schismatis annum mortuus est die 25. Januarii 1138. Corpus ejus in latebris sepultum est.

Schisma vigesimum septimum in Ecclesia.

Nono anno Pontificatus Domini Innocentii Secundi summi Pontificis, mense Martio primæ Indictionis, anno scilicet 1138. cum Anactus Antipapa mortuus esset, Cardinales, sui consilio accepto, Gregorium Cardinalem Papam sibi, & invasorem constituant, Victoremque appellant. Sed post duos menses abdicatis a Victore ad Innocentii PP. pedes usurpatis insignibus, reddita Ecclesiæ pax est.

(a) Emortuali excluso. Annos hic Innocentii a die electionis enumeratos præter morem (ut enim sæpius dixi, Pontificis administrationis anni computandi sunt a die consecrationis) si quis admittat, debuisset me Innocentium ipsum sequi adverteat, qui in rescripto inferius ponendo num. vii. quamvis datum sit die 22. Februarii 1132. legitur tamen: Datum etc. viii. Kal. Martii 1132. Pontificatus Innocentii an. iii. & in eo, quo Innocentius PP. Monasterium de Cheminon ab Ordine S. Nicolai de Arroasia ad Cisterciensem translatum, Cœnobio de Tribus Fontibus subdidit, legitur eisdem: Dat. etc. xlii. Kalend. Martii, Indict. Incarnationis Dominice anno MCXXXVII. Pontificatus vero D. Innocentii Pape Secundi anno ix. qui dies 17. Februarii electioni & consecrationi Innocentii interjacet. (b) Hunc diem morti Innocentii assignandum edocet nos Epistola Cælestini II. ejus Successoris, qua Cluniacenses de sua electione certiores facit, & quam nos suo loco referimus. Ita testatur S. Bernardus in Epist. ad Episcopos Aquitanie Num. 126. (c) Hunc diem morti Innocentii assignandum edocet nos Epistola Cælestini II. ejus Successoris, qua Cluniacenses de sua electione certiores facit, & quam nos suo loco referimus. Ita testatur S. Bernardus in Epist. ad Episcopos Aquitanie Num. 126.

Monasteria

Monasteria Congregationis Vallisumbrosæ recipiuntur sub tutela Sedis Apostolicæ, cum aliarum gratiarum, & indultorum confirmatione.

Ex Codd. Vaticanis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Atthoni Vallumbrosano Abbati ejusque successoribus, in perpetuum.

Exordium.

AD hoc universalis Ecclesiæ cura nobis a providore omnium bonorum, Deo commissa est, ut & religiosas diligamus Personas, & beneplacentem Deo Religionem studeamus modis omnibus propagare. Nec enim Deo gratus aliquando famulatus impenditur, si non ex charitatis radice procedens, a puritate Religionis fuerit conservatus. Hoc nimirum Charitatis intuitu, dilecte in Domino fili Attho Abbas, rationabilibus postulationibus annuentes, Vallumbrosanum Monasterium, cui Deo auctore præfides, cum omnibus Monasteriis sibi subiectis, sub Apostolica Sedis tutela & protectione suscipimus, & scripti paginâ nostri communimus: statuentes, ut omnis immunitas omnis libertas, quæ a Prædecessoribus nostris felicis memoriæ Victore, Gregorio Septimo, Urbano, & Paschale, Romanis Pontificibus, præfato Monasterio concessa est, futuris perpetuis temporibus firma tibi tuisque successoribus, ac Vallumbrosanæ Congregationi, illibataque permaneant. Sane nulli hominum liceat, Conversos aut Monachos jamdicti Monasterii, seu etiam totius Congregationis, austeritate capere, vel captos retinere, seu aliquibus fatigationibus infestare. Porro fructuum vestrorum decimas, quas ubilibet propriis sumptibus laboribusque colitis, absque Episcoporum contradictione, vel episcopali Ministrorum, vel plebanorum, Xenodochio vestro reddendas, possidendasque sancimus. Liceat vobis; etiam Clericos, e sæculo fugientes, seu laicos ad conversionem absque cuiuslibet contradictione suscipere, & qui se devoverint in vestro Cimiterio sepelire; & tam ipsorum, quam ceterorum fidelium oblationes sine aliarum Ecclesiarum prejudicio recipere. Adjicimus quoque, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, jam dictum Monasterium justè & legitime possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, quietam vobis & integram conserventur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, idem Monasterium temerè perturbare, aut ei subditas Ecclesias, vel possessiones auferre, minuire seu temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districti ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem

Privilegium, de quo in rubrica.

Immunitatem privilegia confirmantur.

Et omnimoda Monachorum tranquillitas stabilitur.

Atque conceduntur.

Bona omnia eidem confirmantur.

Perpetua securitate, & quiete fruuntur.

Sub solis clausulis.

Bull. Rom. Tom. II.

loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem premia eterne pacis inveniant. Amen. Amen.

Datum Pisis per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii anno Incarnationis Dominicæ Millesimo centesimo trigesimo, Indictione octava, Pontificatus vero Domini Innocentii Pape Secundi anno primo.

I I.

Confirmatio bonorum omnium & privilegiorum Cuxanensis Monasterii.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Gregorio Abbati Monasterii sancti Michaelis Cuxianensis, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Desiderium, quod ad religionis propostum, & animarum salutem pertinere monstratur, auctore Deo sine aliqua est dilatione complendum. Quamobrem, dilecte in Christo fili Gregori Abbas beati Michaelis Archangeli, Monasterium, cui disponente Domino præfides, sub Apostolica Sedis protectione suscipimus, & scripti nostri paginâ roboramus, statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, præfatum Monasterium in presentiarum justè & legitime possidet, aut in futurum rationabiliter, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant: in quibus hæc propriis nominibus duximus annotanda, videlicet alodium, quod in circuitu est ejusdem Monasterii, cum pertinentiis suis, alodium Tauriniani, Ecclesiam sancti Fructuosi cum pertinentiis suis, ac decimas Ecclesiæ de Allone. Quicquid præterea concessione Prædecessorum nostrorum Sergii, Agapiti, & Joannis, Romanorum Pontificum, vestro Monasterio collatum est, tibi tuisque successoribus confirmamus. Obeunte vero te, ejusdem loci Abbate, nullus ibi per subreptionem aut violentiam præponatur; sed quem fratres communi assensu, aut fratrum pars sanioris consilii, secundum Dei timorem, & beati Benedicti regulam providerint eligendum. Idem vero Abbas ire ad synodum ipsius loci Episcopi minime compellatur. Si quis vero poenitens, a liminibus exclusus Ecclesiæ, illuc confugerit, quando ibi fuerit, licentiam habeat Ecclesiam introcundi, & omne divinum officium audiendi. Ipsum autem Monasterium, vel eidem Ecclesiis pertinentes, vel Abbatem, nullus Episcopus excommunicare præsumat. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut temerariis vexationibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa sunt, usibus omni modis profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove communita, nisi satisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate

Dat. anno Domini 1130. Pontif. 1.

Ex Charitativa Monasterii huius edita Baluzius in Appendice Martii Hist. pag. num. 380.

Procurium.

Monast. sub tutela recipitur.

Ejusque bona omnia confirmantur.

Et privilegia eidem a summis Pontificibus concessa.

Abbas a Monachis eligendus.

Nonnulla conceduntur privilegia.

Decretum. immunitatis.

Solis clausule.

C c 2

careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus.

Dat. die 28. Novembris anno Domini 1130. Pontif. anno 1.

Datum apud Clarummontem per manum Aymerici sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis & Cancellarii, IV. Kal. Decembris, Indictione VIII. Incarnationis Dominicæ anno MCXXX. Pontificatus vero Domini Innocentii Secundi Papæ primo.

III.

Privilegium pro Ecclesia S. Petri in Undensdorf Frisingensis Diocesis.

Ex Hundii Metrop. Salsburg. Tom. 11.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Rudperto Præposito Ecclesiæ beati Petri Undensdorf, quæ in Frisingensi Episcopatu sita est, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium.

AD hoc nobis a Deo pastoralis officii cura commissa est, ut & beneplacentem Deo religionem laboremus statuere, & constitutam exactâ diligentia conservare. Quamobrem, dilecte in Domino filii Rudperte Præpositi, illustris Viri Ottonis Comitis Palatini precibus inclinati, tuis postulationibus clementer annuimus, & beati Petri Ecclesiam, cui Deo auctore præesse dinosceris, ab eodem filio nostro Ottone Comite Palatino constructam & beato Petro oblatam, Apostolicæ Sedis patrocinio communimus: statuentes, ut quæcunque bona, quæcunque possessiones præfata Ecclesia in præsentiarum iustè & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus & illibata permaneant. Obeunte verò te, ejusdem loci Præposito, nullus inibi per violentiam, nisi quem fratres secundum beati Augustini regulam substituendum decreverint, Præpositus eligatur. Porro ad ipsius Ecclesiæ defensionem atque salutem eligendi Advocatum, quemcunque malueris, liberam concedimus facultatem. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum fas sit, præfatum Ecclesiam temerè perturbare, aut possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut iniquis vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernationem & sustentationem concessa sunt, usibus omnimodis profutura: salvâ nimirum Diocessani Episcopi debitâ iustitiâ ac reverentiâ. Ad indicium autem perceptæ huius a Romana Ecclesia libertatis singulis annis unum bisanarium nostro Lateranensi palatio persolvetur. Si quæ igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine

Cum decreto ut Præpositus a Canonice eligatur.

Prout etiam Advocatus.

Decretum immunitatis pro eadem.

Census annuus unius Bisani Rom. Eccl. solvendus.

tisfactione congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus.

Solita clausula.

Dat. di 28. Martii anno 1131. Pontif. anno 11.

Datum Leodii per manum Aymerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancell. V. Cal. Aprilis Indictione IX. Incarnat. Domin. An. MCXXXI. Pontificatus vero Domini Innocentii II. Papæ Secundo.

IV.

Confirmatio donationis centum marcarum annuarum, ab Henrico Anglorum Rege in Anglia factæ Monasterio Cluniacensi.

Ex Biblioth. Cluniac. Martini. Marrier. col. 132.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio Petro Cluniacensi Abbati, ejusque successoribus regulariter substituendis, in perpetuum.

Exordium a liberalitate Principum in donandis Monasteriis.

Donationes & beneficia, quæ ad sustentationem fratrum, a Regibus, Principibus, & aliis viris religionis amatoribus, sacrosanctis præstantur Ecclesiis, tamquam ea, quæ divini juris effecta sunt, auctoritate apostolica volumus communire. Per præsentis igitur scripti paginam, donationem a carissimo Filio nostro Henrico, illustri & glorioso Anglorum Rege, de centum marcis argenti, per annos singulos Cluniacensi Monasterio persolvendis, factam, sexaginta videlicet in telonio Londoniensi, & quadraginta in telonio Lincolnienfi Apostolicæ Sedis patrocinio roboramus. Hæc autem donatio apud Rothomagum ab eodem filio nostro Henrico Rege, Incarnationis Dominicæ anno MCXXXI. Indict. IX. mense Majo, die Dominica, in nostra & fratrum nostrorum præsentia facta est, Guillelmi scilicet Prænestini Episcopi, Joannis tit. sancti Chrysogoni, Humberti sancti Clementis, Rustici sancti Ciriaci, Gozelini sanctæ Cecilie, Presbyterorum Cardinalium: Gregorii SS. Sergii & Bacchi, Aymerici Cancellarii, Guidonis sanctæ Mariæ in Vialata, Diaconorum Cardinalium: Odegarii Terraconensis, Hugonis Rothomagensis, Archiepiscoporum: Gaufridi Carnotensis, Joannis Lexoviensis, Joannis Sagienfis, Episcoporum: Bernardi Clarevallis, Sugerii sancti Dionysii, Bosonis de Bacho, Abbatum: Guillelmi Comitis de Warena, Rotberti filii ipsius Regis, Comitis de Glocerio, Roberti de Sigillo, Roberti de Laha, Rabelis Camerarii de Tancarvilla, Nahelis Theaurarii, Haalonis Prioris sancti Osqualdi. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat, præfatum Monasterium super eadem donatione futuris temporibus infestare, aut eam auferre, minuire, vel ausu temerario fatigare: sed integra conservetur, eorum, pro quorum gubernatione & sustentatione concessa est, usibus pro-

Donatio Henrici Regis Anglorum.

confirmatur.

Facta coram Innocentio PP. multis Cardinalibus, & Episcopis.

Decretum confirmacionis cum solita clausula.

profutura. Si qua igitur in posterum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ confirmationis paginam sciens, contra eam venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini nostri Jesu Christi: quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen. Amen. EGO INNOCENTIUS Catholica Ecclesiæ Episcopus.

Innocentii PP.



& S. R. F. Card. subscriptiones.

Ego Guillelmus Prænestinus Episc. ss. Ego Johannes Otienfis Episc. ss. Ego Guido Tiburtinus Episc. ss. Ego Gregorius Diac. Cardin. SS. Sergii & Bacchi ss. Ego Johannes tit. S. Chrysogoni Presb. Car. ss. Ego Ubertus tit. S. Clementis Presb. Cardin. subsc. Ego Gofelinus Presbyter Cardinalis tit. S. Cecilie. Datum Beluaci per manum Aymerici S. R. E. Diaconi Card. & Cancellarii, XIII. Kal. Julii Indict. IX. Incarn. Dominicæ anno MCXXXI. Pontificatus vero Domini Innocentii Papæ II. anno II.

Dat. die 20. Martii Anno Domini 1131. Pontif. anno 2.

Super tract. ex archivo. Vatic. ubi tamen editam legi.

V.

Canonizatio beati Godehardi Hildesheimensis in Saxonia Episcopi.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Clero, & Populo Hildesheimensi, salutem & Apostolicam benedictionem.

Veniens ad nos venerabilis frater noster Bernardus, Episcopus vester, in plenaria Synodo, quæ Remis per Dei gratiam fuerat congregata, attestatione fratrum nostrorum Episcoporum & Abbatum, & aliorum, qui secum venerant, sanæ memoriæ Godehardum Episcopum vestrum laudabiliter vixisse in mundo, & tam in vita quam post mortem multis miraculis coruscasse asseruit; unde nos cum fratribus nostris, omnipotenti Deo gratias referentes, habito eorum consilio & collaudatione, quia eumdem in Cælis cum Sanctis credimus coronari, ipsum inter Sanctos honorari præcipimus: mandantes vobis, ut & eidem

beato viro solemnitatem in vestra Ecclesia statuat. (a) & ad eam annualiter convenire curetis. Datum Remis IV. Kalendas Novembris.

Dat. die 29. Octobris anno Domini 1131. Pontif. anno 11.

VI.

Privilegium de confirmatione, & institutione Ordinis S. Augustini in Ecclesia S. Satyri Bituricen. & de Canonicis secularibus subtrahendis.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, dilectis filiis Petro Abbati, & fratribus, in Ecclesia beati Satyri divino famulatu mancipatis, tam præsentibus quam futuris, in P. P. M.

Interstrum. Ecclesiæ Bituricen. editæ Summaribus Gall. Christ. Tom. pag. 1.

IN Apostolicæ Sedis specula, disponente Domino, constituti, ex injuncto nobis a Deo Apostolatus officio religiosos viros debemus diligere, & ad Religionem propagandam libenter operam dare. Quocirca, dilecti in Domino filii, quieti & utilitati Ecclesiæ beati Satyri, in qua divino vacatis servitio, salubriter providentes, eam sanctæ Romanæ Ecclesiæ suffragio munendam duximus. In primis siquidem statuentes, ut Ordo Canonicus secundum beati Augustini regulam ibidem perpetuis temporibus irrefragabiliter conservetur. Sane decedentibus Canonicis secularibus, qui ibi sunt, præbendis eorum in usum regularium fratrum redactis, nullus, nisi canonicam vitam professus, eis substituatur. Quæcumque præterea possessiones, aut bona impræsentiarum iuste & canonicè possidere videmini, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis iustis modis, præstante Domino, poteritis adipisci, firma vobis in perpetuum, & illibata permaneant. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuire, aut aliquibus vexationibus fatigare: sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum sustentatione & gubernatione concessa sunt, usibus profutura. Sane obeunte te, dilecte in Domino filii Petre, nunc ejusdem loci Abbate, nullus ibi per subreptionem aut violentiam præponatur, nisi quem fratres ipsius loci secundum Dei timorem, & beati Augustini regulam, sibi præviderint eligendum. Statuimus etiam, ut ipsius Ecclesiæ bona nullus sibi audeat usurpare: sed in tua & eorum, qui post te regulariter successerint, libera dispositione permaneant: salvâ nimirum diocessani Episcopi iustitiâ & reverentiâ. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona, hanc nostræ Constitutionis paginam sciens, contra eam temerè venire tentaverit, secundo tertiove commonita, si non satisfactioe congrua emendaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & a sacratissimo Corpore & Sanguine Dei ac Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine

Proemium.

Ordo Regularis secundum B. Augustini regulam inibi servandus.

Canonicis secularibus regulares substituendi. Bonus, qui contrahatur.

Libera ab omni molesta.

Abbas a fratribus eligendus.

Solita clausula.

(a) Rem totam de sanctitate, & miraculis beati Godehardi in Concilio Remensi præfatum anno Domini 1131. legere est Sac. VI. Benedict. Pars. I. pag. 433. & hoc anno in Critica Baroniana p. XIV.